

omnia, ut Zenus animadvertit, & praesertim *Epistolae*, digna forent, quae ab aliquo amatore bonarum Literarum collecta e tenebris eriperentur in publicam lucem⁽¹⁾.

2.

[In « Orationes et Epistolas Petri Pauli Vergerii » Praefatio Lodovici Antonii Muratorii, op. cit., vol. XVI, p. 187, Mediolani, MDCCXXX].

5

ABSOLUTA praecedenti Praefatione in *Vitas Principum Carrariensium* et recensitis singulis *Petri Pauli Vergerii* lucubrationibus nondum editis, deprehendi tandem in Estensi Bibliotheca MStum Codicem, eius *Orationes ac Epistolas* complectentem⁽²⁾, quas nempe tenebris aliquando ereptas optabam. Bene hoc cecidit; atque illas proinde lubentissime subijcio, ea etiam de caussa, quod & ipsae ad Historiam illorum temporum illustrandam inservire non modicum possint. Atque hinc luculentius intelligas, quanta in Vergerio Eloquentia, Literarumque Latinarum peritia foret, & quam mature, immo ante reliquos, Italici viri ingenia sua exercuerint, ut squallorem & barbariem Linguae Latinae post Saecula barbara detergerent atque eriperent. Certe haec, vel nostris temporibus, non vulgarem apud Eruditos commendationem polliceri sibi facile possint. Sed quod dolere saepe ac saepius sum coactus in instruendo vasto hoc Opere, heic etiam mihi repetendum. Nempe adeo mendoso ac vitiato Codice ad haec Vergeriana edenda sum usus, ut multa divinare opus fuerit, ac interdum Auctoris mentem nulla

Avvertiamo infine che gli «equivoci», a cui il Combi accenna, probabilmente si riferiscono, non tanto alla paternità dell'«Apologia», quanto, in primo luogo, a discussioni intorno la provenienza del manoscritto in cui essa si conserva (ved. la lettera scritta, il 3 maggio 1823, dall'abate Bianchi al Piazza, e ora inserita nel cod. B. P. 408); e, in secondo luogo, al dubbio che il V. fosse autore dell'intero contenuto, avendo il TOMASINI, e quindi lo ZENO, citato l'inizio dell'«Apologia» e l'*explicit* del libro del Mussato sotto un solo titolo. Cf. la nota dell'abate Giuseppe Genari (circa 1820?) in calce alla copia dell'«Apologia» da lui tratta da B. P. 408, copia che fa parte del cod. 21 dell'Archivio Papafava:

Hoc exemplum accuratissime sumptum fuit ex veteri codice MS in membranis, quem Venetis possidet nobilissimus vir Robertus Papafava, cuiusque mentionem faciunt Tomasini noster et Apostolus Zeno, ille quidem in *Bibliothecis Pat. Mss.* p. 117, hic vero in *Vossianis* [p. 53], ubi de Petro Paulo Vergerio Seniore loquitur. At, ut verum fatear, uterque in errorem lapsus est; nam et pauca quaedam demas quae principio leguntur quaeque auctorem habent Vergerium, caetera omnia Albertini Muscati sunt ex L. XII, *De Gestis Italicorum*. Primus omnium errorem hunc animadvertit Petrus Ceoldo, sacerdos Patavinus, mihi summa familiaritate coniunctus, cui nobilissimus laudatus vir codicem utendum perhumaniter dedit. Utinam et caeteros, qui in eius Bibliotheca asservantur. Ego Ioseph Gennari haec scripsi.

(2) Cf. doc. VII, più sopra.

(1) Cf. A. ZENO, op. cit., vol. I, p. 60.

(2) Di questo codice Estense, parimente scomparso, si fece pure menzione nella Prefazione.